





I
II
III
IV
V
VI
VII
VIII
IX
X
XI
XII



MISCELLANEA.

DE QUORUM
VERITATE CON-
SEQUENDORUM IN-
SIGNIUM PHILOSOPHICI
MAGISTERII GRATIA PROPU-
GNABUNT XX. ARTIBUS LIBERALI-

bus eruditi & honesti juvenes in *Богословіи*

Academico. 17. Decemb.

Anno. 1607.

PRÆSIDE

RODOLPHO GOELENIO



MARPURGI

Ex Calcographia Guolgangi Kezelii.

M. DC. VII

8.

DE QUORUM
VERITATE COM
SEQUENTIBUS IN
SIGNTIMPHILOSOFHICI
MAGISTER ET ALIA PRO
ANNO 1717

LEOPOLPHO GOTTFRIDIO

MARBURG
Kunstschreiberei Göttinger K. u. L. B.
M. D. C. C. L. VII

33





BERNHARDUS MAT-
THÆUS MARPURGENSIS.

Philosophicæ mortis pars est, cùm sapientes, à ^{Géerale.} sensibus ad intellectus intima abducti penetra-
lia, etiam delata sub oculos non vident.

1. Unius rei potest esse duplex essentia ac per- ^{Trans-}
fectio: una absoluta, altera respectiva: vel una ^{naturale,} *ἐκπικῆ*,
altera *ἐνεργητικῆ*. Carnis Christi perfectio est tum
na ^{Trans-} ^{naturale,} ^{ἐκπικῆ} uralis, tū personalis: Illa propriè vereq; ^{ἐντελέχεια}
& forma eius est: Hæc verò quasi actus. Nempe
^{λόγος} *λόγος* est ultima perfectio assumptæ carnis, quia e-
am seipso & in seipso sustentat. *Damaſc.*

2. *Αδύνατον* est, ut, quod de rei essentia & defi-
nitione est, per accidens alteri etiam unito reipsâ
seu *τῷ εἶναι* communicetur.

Omnipotentia est de natura seu essentia & ra-
tione Dei. Itaq; convenit Deo i. modo per se.

Fieri igitur nequit, ut per accidens caro o-
mnipotens dici possit *τῷ εἶναι*, etsi caro omnipoten-
tis propriè dicatur.

Paralogismus est adversarii: In verbi hypo- ^{Logicum}
stasi non est locus. Caro Christi est in verbi hypo-
stasi. Ergo caro Christi non est in loco. 4. termini
ex prava *ἐκθέσει*.

Accidentis essentiam inhærentiam esse non ^{Metaphy-}
dicimus.

Physicum Formam generari seu per generationem produci in materia asserimus.

MARTINUS VIERTHALERUS AN-
HALTINUS.

- Philos. 1. Ens ve essentia, Deo & Creaturis attribuitur proportionaliter. *Contra Hofm.*
2. Potentia *ἐπιώδης* & simplex à re nunquam potest abesse.

Falsa igitur opinio, quæ in animo Vier. infidet, *In muto cui lingua est abscissa, nullam prorsus potentiam loquendi remanere, acie rationis eradenda est.*

Divinum 1. Cum dicitur: Corpus humanum est animale (*ψυχικόν*) vel spirituale (*τῆς δόξης*) Vietori corpus est magnitudo longa, lata, profunda. Sed in hoc errat.

Optic. 2. Corpora gloriosa sunt *φυσικά κατὰ τι*, sunt materiata, solida, definitæ molis, figurata, splendore insignia, sensui subjecta (ut *ὄρατὰ καὶ ἀπτά*) localia, mobilia, at non *ἐν χρόνῳ ἀτόμῳ*, cum ne luminis quidem motus propriè sit momentaneus.

JOHANNES JUDITHUS
Hovegeismariensis.

Logic. & politic. Finem Aristoteleorum P. Ramus rectè refert ad Subjectum, quâ vocè Objectum quoq; intelligit. Sic Subjectum legum est hominis natura, cui

cui regendae leges (κοινὰ πόλεως δόγματα) praescribuntur.
Qui dicit humiditatem humidam, calorem ^{Logic. &}
calidum, is sese in philosophia & logica parum pro-^{phil.}
dit exercitatum.

*Concretum enim accid: praedicatur de subiecto,
non de abstracto, no.*

Mala malitia, hoc est, malus dolus Plauti, hu-
mor humidus Scaligeri in lib. de plant. honor ho-
nestissimus Ciceronis, mi Victor, adversus me pro
te non stant.

Ex Analogia ut dicitur auditorium, diribito- ^{Gramm.}
rium, sic lenforium dici potest, Scal. ex. 296. f. 1. Ut à

Quot Quotus Quoti Quoto: sic à Tot Totus Toti
Toto.

JOHANNES CROCIUS LAS-
PHENSIS.

1. Quicquid dividitur, si id ipsum extet, in ea qua sunt, ^{Logic.}
non in fictiones, dividi debet. Itaq; patres Orthodoxi
corporis Christi manducationem duplicem tan-
tum, sacramentalem nimirum seu mysticam & spi-
ritualem statuerunt, non triplicem. Tertia n. quae
ab ἀντιμάχοις nostris putatur fieri ore in ipsamet sub-
stantia carnis est purum putum ration ^{πλασμα.}

2. Sophistica est & inepta ^{θεσις} Modi
& ^{θεσις} causa: vel ^{θεσις} causa & ^{ἀντιθεσις} Mo-
di: ut caro Christi est omnipotentia praedita
non subjectivè, id est, non ut in subiecto, in semet-
ipsa, non formaliter, non habitualiter, non essenti-
aliter,



aliter, id est, non Modo Tali, sed personaliter, id est, beneficio unionis seu ob unionem cum persona.

3. Contrariorum contrarii sunt λόγοι. Si occultatio Deitatis seu Majestatis per humilitatem carnis est humiliatio; patefactio etiam eius per gloriam carnis est eius exaltatio.

Transna
aur.

Modus ante se requirit (Barbaris hoc est praesupponere) *Rem, cuius est modus.* Posterius enim non potest esse absq; priore a quo dependet. *Negata igitur re attributa, negentur eius modus, necesse est.* Caro Christi proprie loquendo non est Deus. Ergo neq; naturali neq; personali actu Deus dici potest. Non igitur audiendi, qui dicunt. Carnem Christi non quidem esse Deum naturalem, sed personalem,

JUSTUS WAGENERUS LICHENSIS.

Proprium compositi tribuitur aliquando parti per accidens. Moto homine per se, moventur omnia quae sunt in homine. *Arist. 1. Top.* Itaq; forma per accidens movetur motu compositi.

Prædica-
mentale
& divi-
num.

Ἀσπλάστια non tantum est in Categoria Act. vel Pass. sed etiam Relationis. Nam fractione panis significari fractionem corporis Christi tum Naturalis tum Mystici in passionibus, Sancti docent patres, ut Augustinus, Optatus M: Hieronymus &c. Hinc infero, cum D. Paulus ait: Hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur: respicere eum non ad scurifragium latronum (quod sanis Theologis nomen

mentem venit nunquam sed ad panifragium
Christi.

PETRUS CRUGIUS ROTENBER-
GENSIS.

Cum dicit Scaliger: propter hominem homo ^{Logic. &}
Deus factus est, Homo est prædicati pars, Deus ^{Theolog.}
subjectum.

Ut in intellectu fit unio intellectus cum ^{Phyl. &}
intelligibili: sic in actu credendi fit conjunctio cor- ^{Divina.}
dis seu animæ fidelis cum $\pi\iota\sigma\tilde{\omega}$.

Ut igitur $\nu\omicron\eta\tau\acute{\omicron}\nu$ in intellectu; sic $\pi\iota\sigma\tilde{\omega}$ in cor-
de seu anima fidei, imprimatur spiritualiter, id est,
per speciem seu formam non realem sed spiritalem,
quam Scholastici intentionalem nominant.

Adversarius.

ἀπόδειξις , est: Nervus est pars digiti. Digitus ^{Organic.}
est pars manus. Ergo etiam nervus est pars ma- ^{& prim.}
nus. ^{philos.}

Censura.

Tantum abest, ut hæc sit ἀπόδειξις , ut ne syllogis-
mus quidem sit. Sunt enim 4. termini, Nervus, pars
digiti, digitus, pars manus.

Adversarius.

Nullum accidens habet partes integrantes.

Cen-

Censura per deductionem ad absurdum.

Nullum accidens habet partes integrantes. Grammatica & Dialectica, Tempus & Motus sunt accidentia. Ergo Grammatica & Dialectica &c. non habent partes integrantes. At conclusio hæc ipsissima. Necessè igitur unam ex præmissis falsam esse. At nō falsa Assumptio, Falsa igitur propositio.

Adversarius.

Nullum accidens habet Materiam ex qua.

Censura.

Quædam accidentia habent pro Materia ex qua Subjectum. Quædam etiam habent Materiam ex qua, ut Syllogismus, Oratio.

HENRICUS BEURRERUS MELOSUNGENSIS.

Philosoh. generale Philosophi exquirentes rerum causas tandem in certa aliqua firmaq; conquiescent, ne vel *ἀνεπισήμοσύνῃ* arguantur, vel idem iis accidat, quod mulierculis ova emere volentibus, ut quærentes semper repertis meliora auferant pessima.

Philolo- gicum contra Reipub. literariæ pestes. In omni iudicio elegantissimi viri (qui Philosopho sunt *χαλίστατοι*) rectè præcipiunt, utendum esse oratione non solum eleganti, sed etiam explicata, diserta, illustri, plana, sua sponte fusa: usitata, prisca verbis parcius, & nōnunquā cum *περὶ πλεονεξίας* ut:

ut: Audio hominem perniciosas nugas, ut priscè lo-
quar, blatientem.

Oratori necessaria est non tantum *εὐπορία & συμῶν*
(copia) sed etiam *ἐκλογὴ* (delectus) verborum. Hic
estimabit verba vel aurium iudicio, ut consonan-
tiora & nitidiora, vel vi significandi, ut: gravia &
lenia. Illis opponuntur aspera & inquinata. His ab-
jecta [seu humilia) & dura. Sonantia, quæ aptum
habent sonum & rebus præsentibus accommoda-
tum. Hæc sunt *εὐφωνα* vel *μεγαλόφωνα*. *εὐφωνα*, quæ ha-
bent lenem mollemve & suavem sonum. *μεγαλόφωνα*
seu plena, quæ magnum & heroicum. Nitidiora
quæ habent elegantem & venustum sonum. Gravi-
ora quæ habent magnam vim in significando. Di-
cuntur *ἐμφρατικά*. Leniora quæ remissio-
rem vim in significando. Cicero & Scaliger in his adhi-
bendis suo loco sunt artifices. Sed illum huic præ-
fero. Epist. 7. lib. 1. famil: hoc est: Incredibilis ho-
minum perversitas (graviori enim verbo uti non
libet.]

Triangulum triplex invicem insertum quinque ^{Geome-}
fieri & constare lineis, necessarium est necessitate ^{trica & lo-}
principiorum & definitionis. ^{gica.}

JOHANNES RAUSCHENBERGIUS
FACHENSIS.

Ex prædicamentis nullum propriè convenit
Deo. Prædicamentū Substantiæ convenit ei æni-
gmaticè. August. de cognit. ver. c. 3, & 7.

B

Plu.

Ethic.

Plures sūt boni κατὰ προαίθεαν, id est, volunt & cupiunt fieri boni, pauci καθ' ἑξίς.

Gram-
matic.

Gratia & causa in significatione vocis propter vel pro non preponuntur genitivo.

Cicero. Nec verò quantum mea causa velis dubito. Non: causa mea.

Te rogo, ut hoc honoris mei causa suscipias. Non: causa honoris.

Dolobellæ causa & cupio & debeo. Non: Causa Dolobellæ.

Valetudinis causa in hæc loca veniunt.

Ejus rei causa. Non. Causa ejus rei.

Ut aut voluptates omittantur majorum voluptatum adipiscendarum causa, aut dolores suscipiantur majorum dolorum effugiendorum gratia. Non: gratia effugiendorum dolorum.

Cum ambulandi causa in Lyceum venissem. Non: causâ ambulandi.

Sic dicitur Temporis fallendi causa. Non causa fallendi. Mortis causâ. Non: causa mortis.

2. Sed NOMINE cum hac potestate modo preponitur modo postponitur.

Cic. Talis viri nomine rogatur. Meo nomine. Mihi nomine tuo gratulabantur.

3. Poëta metri gratia, Philosophi, Theologi, Jurisconsulti, Medici ii, quibus magis cura est de rebus, quam de compositione λέξεων, hic aliquid sibi assumunt & veluti sui sunt.

Jamb. se-
nar.

Terent. in Eunuch. Act. 1. Scen. 2.
Et quicquid huius feci, causa virginis

Feci

Feci. *August. in lib. de Mendacio c. 4. Nemo dubitat, metiri eum, qui volens falsum enuntiat, causa fallendi.*
Juriscōsulti Tit. 7. in Codice est de donatione *causa mortis*. Hinc Matthæus wesembecius, & Dionysius Gothofredus promiscuè dicunt *Donatio causa mortis & Donatio mortis causa*. Jacobo Schegkio valde familiare & tritum est *gratia cuius pro cuius gratia*.

Calumnior, regit post se Accusativum. Observandum igitur non imitandum hoc August. cap. 6. ad Inquisitiones Ianuarii. Non propterea *universæ Ecclesie calumniandum est*, quod à jejunis corpus & sanguis Domini accipitur.

JOHANNES WACKERBERG GUTENSBERGENSIS.

Adversarius.

Qui est dives, is potest esse pius. At Salomon est dives. Ergo Salomon potest esse pius. Argumentatio hæc vera est, sed è consentaneis,

Censura.

Paralogismus est. Revera enim argumentum seu medium hinc nullum est.

Adversarius.

Quicumque dives est, non statim est pius. Salomon est dives. Ergo Salomon non statim est pius. Hæc Syllogistica est vera è dissentaneis diversis.

Censura.

B 2

Imò

Imò verò paralogistica est acutius intuenti,

Adversarius.

Apodixis est: Omnipotentia valens est omnipotens. Deus valet omnipotentia, Deus igitur est omnipotens.

Censura.

Non est Apodixis, sed Nugatio, quia Διότι nullū.

Mali sunt ἀναλυτικοί, qui unionem Sacramentalem rei cœlestis & terrestris tantum spectant in Eucharistia, non etiam in aliis Sacramentis. Genus enim est κοινὸν ὀλόκληρον, quod totum est in quavis specie: Quod adeò verum est, ut, si unicus esset homo, extinctis etiam cæteris omnibus animalibus, nihilominus animal esset: quemadmodum in unico Sole est tota natura Solis.

JOHANNES VVINTER VVET-
TERANUS.

Thesis Adversarii.

Accidentia cum non ingrediantur rei essentialiam, omnia à re, hac salvâ, abesse possunt.

Antithesis.

Nullâ vi fieri potest ut creatura aliqua sit, quæ non habeat aliquod accidens. Compositio enim è subiecto & accidente discriminat Deum à creaturis.

JO-

JOHANNES CASEMONTANUS
ZIERENBERGENSIS.

1. **E**st, cum Pro in una sententia duo simul signi- ^{Lexic.}
ficat: Christus pro nobis mortuus est & resur-
rexit: pro nobis mortuus, hoc est, & nostra causa,
& vice nostra, ut *ἀντίλυτρον*. Pro nobis resurrexit, id
est, propter nos, nobis, nostro bono.

2. Ingenium verè philofophi non est sibi igna-
vum, aliis malignum. Pistangeli igitur hoc laude-
mus & tueamur: Minus rectè dici & cani: Gloria
Patri & Filio & Spiritui sancto: Sicut (*ὡς*) erat, &c.
pro: Gloria Deo Patri & Filio & Spiritui sancto:
Qui (*ὅς*) erat in principio & nunc & semper, & in se-
cula seculorum amen.

1. Ut Rugitus leonis non potest esse à Rugo, sed ^{Gram.}
à Rugio: Sic Ruditus asini apud Apulejum non po- ^{mat.}
test esse à Rudo, sed à Rudio.

2. Quàm vitiosum est, Is in Feris à Ferio cor-
ripere: tam vitiosum est dicere Salubris lu brevi.

DANIEL RICHVINUS ESCHVVE-
CENSIS.

COpula seu vinculum impropriè est forma e- ^{Logici}
nunciati. Est enim signum formæ.

Nomina officii Christi verè & realiter predicantur de ^{Theolog}
nomibus & abstractis & concretis utriusque natura.

Ut, Homo & Deus est redēptor: Divinitas sine hu-
manitate non est mediatrix. Sed inter divinitatem
solam, & humanitatem solam mediatrix est hu-

na divinitas, & divina humanitas. *Aug de civibus c. 12.*

Lex & peccatum Apostolo Paulo *σεσητηκά*, non autem summè opposita, seu *ἀντιφατικά*. sunt.

Corpus Domini editur in pane Eucharistico non ut in *Continente*, sed ut in *Objecto*.

BALTHASAR STRASSERUS CASSELLANUS.

1. *Q*uædam non potentia, potentia est & perfectio. Ejus exemplum est in hoc *Augustin. c. 30. l. 22. de Civitate Dei*. Sicut prima mortalitas fuit, quam peccando Adam perdidit, posse non mori, novissima erit non posse mori. Ita primum liberum arbitrium, posse non peccare, novissimum non posse peccare: Idque Dei munere, non suæ possibilitate naturæ. Aliud enim est esse Deum, aliud participem Dei. Deus naturâ peccare non potest, particeps autem Dei ab illo accepit, ut peccare non possit, quia accipit virtutē incōmutabilitatis *c. 62. l. de Ecclesiasticis Dogm.*

2. In disputatione de persona Christi etiam atq; etiam videndum, quid naturæ humanæ sit *ὑποστατικόν*, non *παρεστατικόν*, quid *συστατικόν*, tum *προηγμένως*, tum *ἐπομένως*, quid *πρειατικόν*, quid *ἐκστατικόν*, Naturam humanā uniit sibi *ὁ λόγος* hypostatice, i. e. personaliter, non parastaticè, id est, per assistentiam tantum gratiosā. Humanitatis *συστατικὰ* *προηγμένως* (à priori) sunt interna eius principia & partes: *ἐπομένως* (à posteriori) *ιδιότητες* essentialis: *πρειατικά*, locus & tempus. *ἐκστατικά*, quæ naturā evertunt, ut incircūscriptio. Hæc enim dif-

differentiâ dissepta est à Deitate. Est autem Incir-
cumscriptum (*ἀπερίγραπτον*) quod simul est ubiq; to-
tum (ut Deus:) Circumscriptum contra, quod cum
alicubi est totum (ut Deus) non potest simul esse
alibi (ut corporeæ naturæ) sicut descripsit *Augusti-
nus lib. de Spiritu & anima c. 18.*

ANTONIUS ENGELBRECHTUS

HIRSFELDIANUS.

1. Multæ rationes in naturæ thesauris abditæ
latent, nec ad elementorum manifestas qualitates
omnia reduci possunt. Vide *Scal. exer. 44.*

2. Q. An mater vel conjux Principis nonnun-
quam in consilium sit vocanda? A.

3. Utile est Consiliarios Principis esse diversi
temperamenti & ingenii: alios sanguineos, alios
temperatè cholericos vel melancholicos.

4. Omnis senator consiliarius est, sed non vi-
cissim retrò.

5. Sentiendi facultas corpori animalis cum a-
nima communis est.

TOBIAS SIPELIUS FACHENSIS.

1. Stirpibus quoq; sensum inesse contra *P Mi-
rand. nego.*

2. Nulla homonyma inter se conferri posse
ut similia, nec scripsit nec sensit Aristoteles, nec ve-
rum. Acumen enim quod tribuitur ingenio (pro-
pterea quòd inter causam & effectum penetrat) ha-
bet congruentiam cum stylo vel acus acumine in
pene-

penetrando Et calor animalis analogus est calori stellarum.

JOHANNES MUTIUS TREISENSIS.

1. Qui negant multas formas habere partes, & partibus confici, abutuntur patientiâ sapientum, ut lenissimè loquar, & refutantur ἐν τῷ δευτέρῳ Cænæ Domini & Justificationis hominis peccatoris.

2. Principes & nobiles & ignobiles, non tantum senes, sed etiam juvenes, consiliarios habent.

VALENTINUS SCHONERUS ZIGENHAINENSIS.

Log. & 1. Panis Americanorum ex radicibus est verè
Phyf. & univocè panis.

Politic. 2. Præstat Principem esse ἐν ἑαυτῷ quàm consilia-
rium, qui non tantum indigena & civis, sed & pere-
grinus utiliter eligitur.

Log. & di- Fides mortua non justificat. Fides sine operi-
vin. bus est mortua, Ergò fides sine operibus non justi-
ficat.

HENRICUS LAPPIUS WALD- CAPPELLENSIS.

Politic. 1. Tam vox quàm mens libera, adeoq; Magna-
nimitas requiritur in Regis Consiliario, aliena à
metu & adulatione.

2. Consilia tarda ἀναβαλλομένων festinatis, tran-
quillo

quillo potissimum Reipublicæ statu, præfero.

Christus secundum carnem est *ἀπάτωρ* Ergo phys. & Divin.
Christi caro non fuit dicenda Dei filia.

GEORGIUS THALMULLERUS
MINDANUS.

1. **U**Nus filius non disparatur à se ipso. Filius Mariae & Filius Dei, hoc est, *θεάνθρωπος* est unus filius. Ergo.

2. Reduplicationis ea vis est, ut ex concretis faciat abstracta ac ita disparata, & ex vero falsum. Verum, Deus passus. Falsum, Deus, quâ Deus, passus.

3. Nefrendes negationis non privationis nomē est. Infans utriusque.

4. Idem à se ipso non est diversum, scripsisse ais Goclenium *in controvers. c. 15. q. 1.* At ô bone, nullibi hoc scripsit, sed multis locis inculcavit affirmatum: Idem à se ipso non potest esse disparatum. Intellectus agens & intellectus naturalis non sunt disparata. Intellectus scilicet unus est, qui quatenus enudat species, agens est, quatenus earum est subiectum, materialis est.

5. *Φιλοσοφικώτερον* dicitur Ignis in ferro urere, quàm ferrum ignitum.

6. Dicis corpora physica motu calefieri. Sed & quædam motu refrigerantur, ut aër aliquando.

JOHANNES MOLTHERUS GRUN-
BERGENSIS.

1. Verè in Philosophia sæpe accipitur pro eo quod est propriè. Ut, finis non verè mover sed per Metaphoram, id est, similitudinem verorum motuum. Atq; hac ratiõne omnes alias causas antegreditur.

2. Formula modestè respondendi probabile ad problemata fit per partic. An quòd, &c. ut, Cur castratum animal maius incrementum accipit cum corporis tum plumatum & cornuum. R. An quia seminalis humor abit in incrementum, nec à calore & spiritu prolifico humores exiccante prohibetur?

COROLLARIA.

Mathem.

1. **A**ffirmamus, quæ Adversarius noster negat 1, (lib. cer) 1. [drachm.] 10. [lib. cer] 10. (drach) numeros esse proportionales.

2. Analogiam esse similitudinem compositam.

3. Analogiam esse quandam *ὁμοιότητα* rationum [et si interim *ισότητα* esse non intuemur.]

4. Ideoque *ἀνάλογος* dici: sicut te habent 3. ad 6. ita 4. ad 8.

5. Geometricam medietatem propriè & specificè dici analogiam seu proportionalitatem.

6. In continua etiam quatuor terminis esse dici posse.

7. Arithmeticam medietatem esse, in qua tertio minorum æqualis servatur excessus.

Idem

8. Idem confundit inter se Quotum & partem quotam. Et malè arguit Euclidem imprudentiæ quod scripserit: Analogiam in tribus *ἁρχαῖς* consistere.

9. Malè etiam negat in Musica primas consonantias esse 4. 5. & 8. Diatessaron, Diapente & Diapason. Ratio: 4. ad 3. 6. ad 6. ad 3.

10. Imperitus alius quoq; nobis infestus est, qui hanc directam: Ut Deus ad mundum: Sic Magistratus ad cives, sic facit inversam: Ut Magistratus ad mundum: sic Deus ad cives.

11. Proportio ait. *Scaliger in exer.* non est comparatio. Attamen nos comparationem esse affirmamus.

12. Ignis calidior est aquâ fervente, & ferro ignis *Physicis* nito seu ferventissimo.

13. Animantis figuram momento in embryone imprimi, ubi primum semen matrici cohaeret, *Anatomia* *ἰσδοξον* est.

14. Intellectum agentem (à patiente alium) esse Deum piè dicitur, sed contra Arist., ni prorsus fallor, mentem.

15. Facultas sentiendi, proprium Compositi (animalis) adjunctum, est ab anima in corpore animato.

16. *An Personarum, Patr. Fil. & Spir. S. Deus sit Species? N.*

Quot unius Speciei sunt individua, tot sunt singulares separataq; essentia. Pater, Filius, & Spiritus S.

tus S. non sunt tres singulares separataeque essentiae. Sequeretur enim esse tres singulares separatosque Deos. Ergo Pater, Filius, & Spiritus S. non sunt unius speciei, Dei, individua tria.

Log. 1.7 Inusitatam praedicationem commentum esse Melanchthonis, commentum eius est, qui in historia & lectione Scholasticorum non est versatus. Nec modestiae nec gravitatis philosophicae est, hunc virum optimè de scholis & ecclesia Dei meritum ornare scilicet elogio imprudentiae & stultitiae, eò quod fecit hanc, ὁ λόγος est homo, attributionem inusitatam, non univocam.

Porro ἀλόγως descripsit adversarius noster Sacramenta actiones, constantes Elemento & Verbo.

Math. & 18. Numero per se inest ἰσόπλευρον & ἑτερομήκης.
Log: 19. Potest aliquod adjunctum convenire composito, quod neque huius materiae neque formae cõvenit. Corrupti seu interire potest corpus partibus incorruptis: seu: partes integræ esse possunt, toto non salvo.

20. Eclipsium luminarium ea certitudo est, quam Ars & Scientia requirit.

FINIS.

Be 231.

8

Db.

ULB Halle 3
002 690 756



56.

VD77







MISCELLANEA

DE QUORUM
VERITATE CON-

SEQUENDORUM IN-
SIGNIUM PHILOSOPHICI
MAGISTERII GRATIA PROPU-

GNABUNT XX. ARTIBUS LIBERALI-
bus eruditi & honesti juvenes in *Βογβουμια*

Academico. 17. Decemb.

Anno. 1607.

PRESIDE

RODOLPHO GOELENIO



MARPURGI

Ex Calcographia Guolgangi Kezelii.

M. DC. VII

8.

